



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Compendium Privilegiorum, Et Gratiarum Societatis Jesu

Pragae, Anno M.DCC.III.

VD18 13723553

G.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65423)

Bull. comm. inter Bullas hujus Pontificis,  
12. & 45.



## FEUDALIA BONA.

Utrùm bona feudalia possint donari So-  
cietati, vide supra verbo *Bona*. §. 6.



## FUNDATO- RES.

Vide verbo *Indulgentia*. §. 30.

## GENERALIS.

§. I.

*Generalis statim post electionem fit ve-  
rus Societatis Præpositus, cum libera ad-  
ministratiōe, &c.*



Præpositus Generalis, cum  
primùm electus est juxta So-  
cietatis Constitutiones, eo  
ipso fit verus ipse Religio-  
nis Præpositus, cum libera & omnimo-  
da cura, & administratiōe omnium, quæ  
ad felix regimen, & prosperam directio-  
nem

na  
na  
ej  
m  
cu  
pa  
S.  
fe  
co  
m  
of  
tio  
qu  
na  
lar  
int  
Six  
Da  
in  
just  
cip  
in

Po  
I  
cun  
tere  
finè  
exp

nem Societatis pertinent : potestque ple-  
 nam exercere jurisdictionem in omnes sub  
 ejus Obedientia degentes, ubicumque com-  
 morantes, etiam exemptos, etiam quas-  
 cumque facultates habentes. Paulus III.  
 pag. 10. Per privilegium verò Eremitarum  
 S. Augustini, eo ipso quòd electioni de  
 se factæ consentit, auctoritate Apostolicâ  
 confirmatus intelligendus est; & liberè ad-  
 ministrare & exercere potest, quæ ad suum  
 officium pertinent, rejectâ quavis appella-  
 tione subditorum sibi ratione dicti officii,  
 quæ ab ejus præceptis, monitionibus, ordi-  
 nationibus, mandatis, & decretis, Regu-  
 lari disciplinâ eorundem, quomodolibet  
 interponi continget. Habetur ex Bulla  
 Sixti IV. dat. idus Febr. 1474. Incipit :  
*Dum fructus uberes* : est 34. in Bull. Regul.  
 in n. 49. & pro Carmelitis per Bullam e-  
 jusdem Sixti, dat. 4. Kal. Dec. 1476. In-  
 cipit : *Dum attentata* : est 37. in eodem Bull.  
 in n. 68.

## S. 2.

*Potest suos mittere etiam ad infideles,  
 & revocare.*

Præpositus Generalis potest suos quo-  
 cumque locorū, etiam inter infideles mit-  
 tere, ac revocare : & à Sede Apostolica  
 sine certi temporis limitatione missos, cum  
 expedire ad Dei gloriam, & animarum

auxilium judicabit, aliò transferre, Paulus. III. pag. 10.

## §. 3.

*Etiam cùm ad inquirendum contra hereticos mittuntur.*

Si qui è Nostris ad prædicandum crucem, vel ad inquirendum contra hæreticam pravitatem, seu ad alia similia negotia deputati fuerint, potest Præpositus Generalis, cùm expedire judicabit, eos remove, & aliò transferre: ipsisque, ut supersedeant, injungere, ac alios in eorum locum sublituere. Paulus III. pag. 10.

## §. 4.

*Facultas celebrandi contractus.*

Omnis facultas celebrandi contractus est penès Præpositum Generalem. Pius V. pag. 33.

## §. 5.

*Facultas declarandi dubia Constitutionum, &c.*

Facultate concessâ Ordini Prædicatorum, possunt Præpositi Generales Societatis, auctoritate Apostolicâ declarare (quoad ferentiam illarum conscientiarum, quæ sibi subjectæ sunt, dumtaxat) dubia, quæ super nostris Constitutionibus, privilegiis, indultis, gratiis, & exempti-

emtionibus à Sede Apostolica concessis & concedendis emerferint. Julius II. per Bull. dat. 4. Dec. 1509. Incipit: *Considerantes, quàm multa.* Habetur in Libro Privil. Ord. Præd. impresso Romæ. 1555. fol. 173. & Clem. VII. Tertiariis S. Francisc. per Bull. dat. 6. idus Martii 1520. Incipit: *Ad uberes fructus*: est 5. in Bull. Regul.

## §. 6.

*Dubia Constitutionum, &c. ad Generalem remittenda.*

Si quid dubii de pertinentibus ad Institutum, Constitutiones, & privilegia Societatis oriri contigerit, ad Sedem Apostolicam, vel ad Generalem Præpositum, aut ad eos, quibus id ipse commiserit, referatur. GREGORIUS XIII. in sua Constit. pag. 78.

*Hac facultas intelligitur juxta Canonem xxi. quarta Congregationis generalis.*

## §. 7.

*Facultas communicandi bona spiritualia Societatis.*

Facultate concessâ Minoribus, potest Præpositus Generalis communicare suffragia indulgentiarum, orationum, ac beneficiorum spiritualium totius Societatis, Procuratoribus, & aliis quibuscumque devotis, & benefactoribus ejusdem Societatis.

Pau-

tra

cru-  
creti-  
nego-  
ofitus, eos  
ue, uta eo-  
III.tractus  
Pius

itu.

licato-  
Socie-  
larare  
entia-  
taxat)  
ationi-  
& ex-  
emti-

tatis. Urbanus V. Habetur per Bullam non authenticatam, ut in Comp. Minor. V. Generalis Ordinis n. 4. & V. Ministri. n. 3. dicitur per easdem Litteras idem concessum fuisse Provincialibus pro suis Provinciis.

## § 8.

*Transsumta seu copia privilegiorum valent, si manu alicujus Notarii signata sint.*

Per privilegia Eremitarum S. Augustini, omnia exemplaria, seu transsumta privilegiorum, quæ Societati fuerint concessa per Breve, vel supplicationem cum clausula, ut sola signatura sufficiat, si manu alicujus Prælati, aut publici Notarii signata, aut Generalis Præpositi sigillo firmata fuerint, eandem omnino vim habent, tam in judicio, quàm extra, ac si plumbeo sigillo obsignata essent. Habetur per Bullam Julii II. dat. 24. Sept. 1508. Incipit: *Nihil est, quod sapius*: est 22. in Bull. Regul. in n. 2. & refertur in Compendio Minorum V. Generalis Ordinis §. 16. & V. Privilegia Fratrum, §. 19.

## §. 9.

*Eligere Superiores est Generalis.*

Electio Superiorum tam Provincialium & Visitatorum, quàm quorumcumque localium

calium, est penès Præpositum Generalem.  
Gregorius XIV. in Constit. pag. 97.

## §. 10.

*Gradum conferre.*

Graduum discretio, & officiorum distinctio, est in manu Generalis. Idem pag. 98.

## §. 11.

*Auctoritas, &c. Generali conservatur.*

Omnis auctoritas, omnesque facultates, per dictæ Societatis Constitutiones, & Apostolica diplomata Generali concessæ, inviolatæ conserventur. Idem ibid.

## §. 12.

*Facultas corrigendi, &c.*

Omnes facultates, ad correctionem & punitionem aliis Ordinibus concessæ, Societati, ejusque Præposito conceduntur. Idem ibid.

## §. 13.

*Perpetuitas, &c. Generalis.*

Perpetuitas Generalis, & electio ad vitam, ejusque in Urbe ordinaria residentia, & sub uno capite omnium nationum collectio, confirmantur & approbantur. Paulus V. pag. 107.

Vide verbo *Benedicere*. verbo *Communicatio gratiarum*. §. 4. verbo *Notarius*.

verbo *Collegia*. & alibi sæpe in hoc Compendio.



# GRADUS.

§. 1.

*Facultas promovendi ad gradus in  
Universitatibus.*



Scholares Collegiorum Societatis existentium in Universitatibus alicujus Studii generalis degentes, si prævio riguroso & publico examine, in eisdem Universitatibus reperti fuerint idonei, & Rectores Universitatum eos gratis promovere recusaverint; in prædictis Collegiis à Præposito Generali, vel de ejus licentia à quovis ex inferioribus Præpositis, vel Rectoribus hujusmodi Collegiorum, cum duobus vel tribus Doctoribus seu Magistris, per eosdem eligendis, promoveri possunt ad Baccalaureatûs, & Magisterii, Licentiaturæ, ac Doctoratûs gradus, Julius III. p. 22.

§. 2.

*Facultas promovendi extra Universi-  
tates,*

*Idem Scholares Collegiorum existen-  
tium*



tium extra Universitates, absoluto suorum studiorum cursu, & riguroso examine præcedente, à Præposito Generali, vel de ejus licentia à quovis ex Præpositis vel Rectoribus hujusmodi Collegiorum, cum duobus vel tribus Doctoribus vel Magistris per eosdem eligendis ad prædictos gradus possunt promoveri. Julius III. ut supra.

*Nomine Scholarium in iis duobus §§. intelliguntur Scholares, qui sunt de Societate.*

## §. 3.

*Quinam ex externis promovendi.*

Præpositus Generalis, per se, vel aliquem ex Præpositis, vel Rectoribus Collegiorum nostrorum, tam in Universitatibus studiorum generalium, quàm extra illas existentium, in quibus ordinariè studiorum Artium liberalium & Theologiæ lectiones habebuntur, cursusque Ordinarii peragentur, Nostræ Societatis Scholares, & pauperes externos, qui dictas lectiones frequentaverint, & etiam divites, si Universitatum Officiales eos promovere recusaverint, cum per examinatores Nostræ Societatis idonei sunt inventi (solutis tamen per divites suis juribus Universitatibus) in Nostris Collegiis quarumcumque Universitatum, & in aliis extra Universitates consistentibus, quoslibet alios Scholares, qui sub eorundem Colle-

giorum obedientia, directione, vel disciplina studuerint, ad prædictos gradus, ac aliàs in reliquis, juxta tenorem litterarum Julii III. promovere possunt. Pius IV. pag. 27.

## §. 4.

*Possunt promoveri per Præfectum.*

Potest Præpositus Generalis prædictos gradus, prout dictum est, conferre per Præfectum studiorum cujuslibet Collegii Societatis, in quo Artium vel Theologiæ facultates pro tempore legentur. Gregorius XIII. pag. 61.

## §. 5.

*Gaudent privilegiis, &c.*

Quicumque per Nostros modo prædicto ad gradus promoventur, gaudere possunt omnibus privilegiis & prærogativis, quibus gaudent, qui in Universitatibus, rigoroso examine prævio, ac aliàs juxta inibi observari solitos & requisitos usus, promoventur. Julius III. ac Pius IV. pag. 22. & 27.

## §. 6.

*Gradus judicium, &c. Generali reservatur.*

Graduum discretio & judicium, atque Coadjutorum, tam spiritualium quàm temporalium, simulque Professorum promotio,

tio, juxta Constitutiones, in manu Præpositi Generalis est. Gregorius XIV. constit. pag. 98.

## §. 7.

*Tempus promotionis.*

Tempus promotionis ad hujusmodi gradus, nullo modo certum, seu determinatum esse oportebit. Gregorius XIV. constit. pag. 98.

## §. 8.

*Qui ad gradum admittendi.*

Selecti tantum spiritus & doctrinæ viri, & multum diuque exercitati, ac in variis probationibus virtutis & abnegationis ipsorum, cum omnium ædificatione & satisfactione satis cogniti, admittendi sunt ad gradum Professorum, & non nisi cum Societati, vel ejus Generali fuerit ab eis plenè in Domino satisfactum. Gregorius XIV. constit. pag. 98.

## §. 9.


*Mutatio gradus prohibita.*

Ad Professionem, & cujuscumque gradus mutationem, nemini aspirare licet. Gregorius XIV. constit. p. 98.

*Facultates promovendi, de quibus in superioribus §§. quoad Nostros reservantur Præposito Generali; quoad externos verò conceduntur Provincialibus, per se, vel per Rectores,*

aut studiorum Praefectos exercenda. Nam  
Rectoribus & Cancellariis Universitatum  
quoad externos manet sua facultas.

Vide verbo *Scholæ*. §. 3.



## GRATIARUM USUS.

§. I.

*Ubiqueg audemus privilegiis, &c.*



Offe Præpositum Generalem, & Societatem, ubique locorum, juxta Nostri Instituti rationem, Constitutiones, ad modum procedendi proprium, peculiarésque observationes & consuetudines, uti, frui, & gaudere omnibus facultatibus, & privilegiis, aliisque gratiis, sibi, seu Domibus, Collegiis, locisque Nostri, communiter vel divisim, vigore quarumcumque facultatum, etiam ad instar, aut æquè principaliter, etiam per communicationem, seu aliàs quomodo-libet concessis, decrevit, & concessit G e g o r i u s XIII. pag. 45.

Vide verbo *Absolutio*. §. II.

§. 2.

*Per*

*Per Bullam Cruciatæ & Iubilæi non derogatur privilegiis & regulis.*

GREGORIUS XIII. die 29. Octobris 1584. Vivæ vocis oraculo declaravit, mentis suæ non esse, ut per Bullas Cruciatæ, aut Iubilæorum, vel alias similes concessiones, sub quacumque derogatione aut tenore, etiamsi in eis dicatur, quacumque prohibitione sublatâ, vel etiam Vivæ voc. orac. Pœnitentiariis S. Petri, aut quibusvis aliis hæctenus factas, vel in posterum faciendas, censeatur derogatum privilegiis, regulis, aut ordinationibus Societatis, præcipuè verò indulto illi per eundem Gregorium XIII. die 3. Maji 1575. concessio, scilicet nè personis Societatis, absque expressa Superiorum eorundem licentia, uti liceat facultatibus in Iubilæis, Bullis Cruciatæ, Confessionalibus, aut aliis quibusvis Apostolicis indultis, quomodocumque hæctenus concessis, & imposterum concedendis. Declaravit præterea, posse Superiorem, dum hujusmodi licentiam concedit, limitare eam ad usum unius aut alterius facultatis, & prohibere usum reliquarum, etiam eadem Bullâ aut indulto contentarum. In Vivæ voc. oracul. fol.

134.



# HABITUS.

F 7

Qua-

Nam  
atum

M

M

c.

nera-  
bique  
Insti-  
utio-  
um,  
vetu-  
is fa-  
ctis,  
isque  
vigo-  
n ad  
per  
odo-  
Ge

Per